Universitätsbibliothek Paderborn

Locorvm Commvnivm Religionis Christianæ Partitiones

Arnoldus <Vesaliensis>

Coloniae, 1565

VD16 H 312

Caput 19. Omnes ne & soli sacerdotes potestate[m] habent remitte[n]di peccata?

urn:nbn:de:hbz:466:1-30256

Visual Library

dos & ſoluendos, & ligando ligan-
dos, & ſoluendo ſoluendos.

Quamuis autem ſolus Deus ani-
Ephe.5. mam intus à peccato purgat & ſan-
Ioan. 20. ctificat, dum ei gratuitam iuſtitiam
infundit, facit tamen hoc per ſacer-
& 11. dotum miniſterium, & per ſacramen
Aug. de ta foris adhibita. Quare miniſtri ſa-
uera & cerdotes nõ tantùm dicendi ſunt re-
falſa pœn. mittere peccata, quia declarãt remiſ
cap.10. ſa eſſe: ſed quia miniſterio eorũ Chri
ſtus peccata remittit.

Matt.3. Ligare præterea ſacerdos dicitur,
Ioan.11. dum pœnitentiæ ſatisfactionem im-
& 16. ponit, & ſoluere dum aliquid de ea-
dem remittit. Item ligare dicitur, dũ
Matt.10. contumacem excommunicat, & ſol-
uere dum ſacramentis reſtituit.

Per quam excommunicationem, gratia & Dei protectio homini ſubtrahitur: & excommunicatus ſibĳpſi relinquitur, & diabolo poteſtas in ipſum datur, nec particeps eſt præcationum, quæ pro eccleſiaſtico corpore in Eccleſĳs fiunt. Sunt autem hæc omnia intelligenda, ſi adſit recta diſcretio, & clauis non erret.

Caput 19.

Omnes'ne & ſoli ſacerdotes poteſtatẽ habent remittẽdi peccata?

Solis

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

SOlis quidē ſacerdotibus per mi niſterium epiſcopi in ordinatio ne danť claues: & ſimul enim cū ordine ſacerdotij, claues recipiūtur. *Num. 6.*

De claue tamen ſcientię ſeu diſcre tionis quibuſdam videtur, quod non omnes eam recipiant. Sed hoc pleriſque non placet, niſi limitatum ſcilicet ad dignam receptionem eiuſdem clauis, quæ, ſcilicet, eſt autoritas diſcernendi. Nā & illa ſtare non poteſt ſine actuali cognitione. Sed & qui ſci entiam habent, dictam tamen diſcer nendi autoritatem non habent, niſi ordinati, ergo nec ſcientiæ clauem. Igitur claues illas ligandi & ſoluendi ſacerdotes omnes, dum ordinantur, accipiunt: ſed ſoli boni eas dignè habent, & eis dignè vtuntur.

Tametſi autem ſancti viri, non ſa cerdotes, benedicere alijs poſsint, nō tamen ea benedictione, quæ eſt ſacer dotum: quamuis verò eam cuncti ſacerdotes habeant, ſoli tamē boni ha bere dicuntur, quia hi ſoli rectè ea vtuntur. Neque tamen mala quorundam ſacerdotum vita bonos lædit, dum bonam modò ipſorum doctrinam ſequuntur. *Matt. 16.*

Quod autem Dominus per Malach. Maledicam (ait) benedictioni- *Malac. 2.*

bus veſtris, quo ad ipſam ſacerdotũ maledictionem, ſeu quo ad eos, quos adulando ſeducunt, intelligi debere dicit Hieronymus.

In cap. 2. Malach.

Sacerdos igitur alios ſoluere volens & ligare, iuſtus eſſe debet in vita, & diſcretus in ſcientia.

Caput 20.

Quouſque protenditur pœnitentiæ tempus?

Matt. 24.

POenitentiæ tempus quidẽ conceditur peccatori, vſque ad extremum præſentis vitæ terminum: ſed magnoperè periculoſum eſt eam adeò in longum differre. Adeò vt D. Auguſtinus huiuſmodi pœnitẽtiam vix agnoſcere videatur: propterea quòd rariſsimè ſyncera ſit, ferè non ex amore iuſtitiæ, ſed gehennæ timore procedens. Difficilè enim eſt in vltimo ſtatu verè pœnitere, propter multa impedimenta tunc occurrentia, mundum ſcilicet, filios, & vxorem, & mortis dolorem, & ſimilia. Fieri tamen poteſt, vt & tunc veraciter quis pœniteat atq; ſaluetur.

Sed abſque condigna ſatisfactione hinc diſcedens, acerbiſsimam purgatorij pœnam ſe paſſurum, certum

habeat,